[...]endosa forte siquid [...]rauit manu
Exerce imperium ius est tibi plectere culpam
Siquis tuorum te notauit segnius.
Talia ludebant pueri per membra magistri
Nec longa fessum poena soluebat uirum
Tandem luctantis miseratus ab aethere Christus
Iubet resolui pectoris ligamina.
uincula
Difficilesque moras animae ac retinacula uitae
Relaxat artas et latebras expedit.
Sanguis ab interno uenarum fonte patentes
Vias secutus deserit precordia.
p foramen
Totque foraminibus penetrati corporis exit
Fibrarum anhelans ille uitalis calor.
Haec sunt quae liquidis expressa coloribus hospes
Miraris ista est cassiani gloria.
roga *cupis*
Suggere siquod habes iustum uel amabile uotum
Spes siqua tibi est siquid intus aestuas.
beatissimus
Audit crede preces martyr prosperrimus omnes
firmas
Ratasque reddet quas uidit probabiles.
obsculo
Amplector tumulum lacrimas quoque fundo
altare *s. tepescit*
Altar tepescit ore saxum pectore.
numero
Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris.
Tunc quod petebam quod timebam murmuro
domum uxore
Et post terga dubia sub sorte relictam
r. filii
Et spem futuri forte nutantem boni.
prosperis
Audior urbem adeo dextris successibus utor,
Domum reuertor cassianum predico. / sillabon
Incipit de opusculis suis trocheo et trimetro endeca[...]

[...]ius fidelis innocens pudicus Dona conscienciae
intus
Quibus beata mens habundet intus Alter et pecuniam
Recidit unde uictitent egeni. Nos citos iambicos.
Sacramus et rotatiles trocheos. Sanctitatis indigi
Nec ad leuamen pauperum potentes Approbat tamen deus
Pedestre carmen et benignus audit. Multa diuitis idomo
Sita est per omnes angulos suppellex Fulget aureus
sessus

Nec aere desit expolita peluis est et olla fictilis.
Grauisque et ampla argentea est parapsis Sunt eburna quaepiam
Nonnulla quercu sunt cauata et ulmo Omne uas fit utile.
Quod est ad usum congruens herile Instruunt enim domum
Ut empta magno sic parata ligno [illegible]
Ut obsoletum uasculum caducis Christi aptat usibus
Sinitque in parte in anguli manere [illegible] fictile
Munus intra regiam salutis At tamen uel infimum.
Deo obsequelam praestitisse prodest. Quicquid illud accidit
Iuuabit ore personasse Christum Quo regente uiuimus.

[INCIP]IUNT TITULI historiarum [...]

A[...] columba fuit tunc candida nigra deinde.
Facta per anguineum male suada fraude uenenum.
Tinxit et innocuum maculis sordentibus adam.
Dat nudis ficulna draco mox tegmina uictor.
Fratrum sacra deus nutu distante duorum.
Aestimat accipiens uiua et terrena refutans.
Rusticus inuidia pastorem sternit Inabel.
Forma animae exprimitur caro nostra imitatur Cain.
Nuncia diluuii iam decrescentis ad arcam
Ore columba refert ramum uiridantis oliuae.
Coruus enim ingluuie per foeda cadauera captus
Heserat illa datae reuehit noua gaudia pacis
Hospitium hoc domini est ilex ubi frondea mambre.
Armentale senis protexit culmen in ista
Risit sara casa sobolis sibi gaudia sera
Ferri et decrepitum sic credere posse maritum.
Abram mercatus agrum quo conderet ossa
Coniugis interitu qui peregrina morant[is].
Iusticia atque fides hoc illud milibus emptum.
Speleum sanctae requies ubi parua fauillae est.
Bis septem spicae uaccae totidem pharaoni
Per somnium uisae portendunt dispar[ia] [...]
Uberis atque famis dum prosperat[...]
Instare hoc soluit patriarcha [...]

Venditus insidiis patrum puer ipse vicissim
Crateram in fratris sacco clam praecipit abdi
Utque reos furti ioseph tenet auctio fallax
Proditur agnoscunt fratrem veniamque pudescit
Sentibus involvens deus igneus ore corusco
Compellat iuvenem pecoris tunc forte ministrum
Ille capit iussus virgam fit vipera virga
Solvit vincla pedum properat pharaonis ad arcem
Tutus agit vir iustus iter per mare magnum
Ecce dei famulis scissi freta rubra dehiscunt
Cum peccatores rabidos eadem freta mergant
Obruitur pharao patuit via libera moysi
Fumat montis apex divinis ignibus in quo
Scripta ducem verbis saxorum pagina moysi
Tradit ille suos suscepta lege revisit
Forma sed his vituli solus deus et deus aurum
Panibus angelicis albent territoria patrum
Certa fides facti tenet urceus aureus exin
Servatum manna ingratis venit altera nubis
Atque avidos carnis saturat congesta coturnix
Fervebat via sicca heremi serpentibus atris
Hisque venenati per vulnera livida morsus
Carpebant populum sed prudens ḡre politum
Dux cruce suspendit qui virus temperat anguem
Aspera gustatu populo sitiente lacuna
Tristificos latices stagnantis felle tenebat
Moyses sed ait lignum dare gurgite mixtum
Convertit in dulcem vertens ut amara saporem
Devenere viri moysi duce sex ubi fontes
Et sex forte alii vitreo de rore rigabant
Septenas decies palmas quas mysticus heli
Lucus apostolicum numerum libris quoque pinxit
Insontem refluo iordanis gurgite fert
Dum calcanda dei populis vada sicca reliquit
Testes bis seni lapides quos flumine ipso

Construxere patres in forma discipulorum
Procubuit iericho sola stante atria raab
Hospita scortum meretrix tanta est fides eius
Incolumis secura domus spectabile coccum
Ignibus adversis insigni sanguinis ostro
Invictum virtute comes leo frangere samson
Aggreditur necat ille feram sed ab ore leonis
Mella fluunt maxilla asini fontem vomit ulere
Stulticia exundat lymphis dulcedine virtus
Tercentum vulpes samson capit ignibus at mox
Pone faces caudis circumligat in sata conterit
Allophilum segetesque cremat sic callida vulpis
Nunc heresis flammas victorum spargit in agros
David parvus erat fratrum ultimus et modo iesse [tunc]
Cura gregis et citharam formans ad ovile parentum
Inde ad delicias regis mox horrida bella
Conserit et funda sternit stridente goliam
Regia mirifici fulgent insignia david
Sceptrum oleum cum diadema et purpura clamis
Omnia conveniunt christo clamis atque corona
Virga potestatis cornu crucis altar oleum
Aedificat templum sapientia per salomonis
Obsequium regina austri grave congerit aurum
Tempus adest quo templum hominis sub pectore
Aedificet quod gaza colat quod barbara dicem
Forte prophetarum nati dum ligna recidunt
Fluminis in ripa cecidit discussa bipennis
Gurgite submersum est ferrum sed mox leve lignum
Invectum stagnis ferrum revocabile fert
Gens hebreorum peccamine capta frequenter
Fleverat exilium dirae babilonis ad amnes
Tum patrios cantare modos praecepta recusat
Organaque in ramis salicis suspendit amaris
Hic bonus ezechias meruit ter v per annos
Praescriptum praeter diem legemque obeundi